Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uiuunt · vii · qua mortui in sepulchris requiescunt. Quod
hac septimana scrutiniu agitur · hec causa uidetur · In capti
uitate positi semen suu gentibus miscuerunt · reuersi uero incertos
sacerdotes habuerunt · Unde Esdras et prophete diligenter genea
logias scrutati sunt · et iudeos a gentilibus sacerdotes a iudeis
segregauerunt · Ita et nos hac ebdomada credentes ab incredulis
segregamus · et eos nostre religioni assignamus. Scrutinium a scrutando · i · ab inquirendo uel discutiendo dicitur · quia
fides baptizandorum inquiritur uel discutitur · Catecuminus audiens
uel instructus dicitur · quia ante baptismum fidem et xpianam reli
gionem audit · quia eum sacerdos instruit · qualiter post baptisma uiuere
possit · Competentes dicuntur baptismum petentes · Paruuli uel
muti uel surdi uel fatui per petitionem fidelium cathezizantur · bapti
zantur et per fidem illorum saluantur · Cathezizatio dicitur instructio ·
exorcizatio uero adiuratio · Propter tres causas fit scrutinium
in · iiii · feria · Primo quia · iiii · feria cum sole et luna stelle create
in celo ponuntur · et ita hac feria · iiii · fideles xpo soli et ecclesie
lune additi ut stelle celo ascribuntur · Secundo quia · iiii · etate
templum domino edificatur · ita et nunc · iiii · feria in baptizandis templum
domino preparatur · Tercio quia · iiii · feria xpc per ecclesiam a iuda iudeis est proditus ·
ita ipsi · iiii · feria assignantur surgere in xpi corpus · Primo
infantes ad ianuam ecclesie deferuntur · et masculis a dextris · femi
nis a sinistris statutis · ab acolito nomina eorum scribuntur · Quia per
fidem que est ianua in ecclesiam intratur · et cuiusque fidelis nomen in celo
notatur · Et uirilitate agentes a dextris dei in iudicio statuentur ·
effeminate autem uiuentes a sinistris ponentur · Deinde
exorcista cuius istud proprie officium est interrogat · si diabolo

De Scrutinio · S

P

P

D